

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Die ist des Vaters Huld: des Sohns
Verdienst und Leyden/
Und denn die Glaubens-Hand/ so Christum
fasse mit Freuden.

Ex v. 19.

*Sol oritur mundo; Sed mundus luminis osor
Preponit luci Cimmetrias tenebras.*

ORACULUM SACRUM XXXV.

Joh. I. 9.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ Χριστὸς ἦν τὸ Ὄσ τοῦ ἀληθινοῦ, ὃς φωτισεῖ
πάντα ἀνθρώπων ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

Versio vulgata.

Christus erat lux vera, quæ illumi-
nat omnem hominem venientem in huic
mundum.

Versio B. LUTHERI.

Christus war das warhafftige
Licht/weiches alle Menschen erleuchtet/
so in diese Welt kommen.

N O T Æ.

i. Per lucem veram, Bedâ interprete h. l. in-
tel-

X 3

tel-

telligitur Christus, qui est τὸ Φῶς τὸ ἀληθινόν ratione essentia. Est enim lux aeterna, DEus verus de DEo vero, lumen de lumine, ut cum adpellat Symbolum Nicenum. Est ἀπαύλασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ Ebr. I. 3. non solumideo, quia gloriam DEI nobis patefecit, quò sensu Matthæus cap. IV. 16. inquit populum videntem Christum vididis magnam lucem; sed etiam sublimiori ratione, quâ nimirum essentialis DEI gloria plenissimè in persona Filii refulget. Est character hypostaseos Dei, h. e. expressa & essentialis figura, quæ personam Patris quoad essentiam representat seu refert, quod de nulla creatâ imagine dici potest, contra Arianos & Socinianos.

2. Deinde Christus etiâ est lux veratione officii. Nam venit εἰς τὸν κόσμον ἵνα καταγγέλοι τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν, Luc. I. 29. venit illuminare gentes Luc. II. 32. venit illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, teste h. l. D. Johanne. Paucis. Solus Christus est lumen verum. Lumen contra tenebras mentis: lumen contra tenebras vitæ: lumen contra tenebras mortis: lumen contra tenebras inferni. Quod notandum contra Pontificios, qui Christum pro verò & unico lumine non agnoscunt, sed in Festo Luminum cer-

eos certis ceremoniis consecrant, consecratos, non
 tantum morituris & agonizantibus, ut lumen
 anime è corporis ergastulo migranti prabeant,
 in manus tradunt, sed & in communi singularem
 ipsis virtutem & efficaciam ad propulsanda Dæ-
 monum spectra, avertenda tempestatum tonitrua
 & prohibenda mala alia irribunt. Quæ Tho-
 mas Naogeorgus i. Regni Papistici 4. his com-
 plexus est versicul 15:

Mira est candelis illis & magna potestas.

Nam tempestates creduntur pellere diras

Accensa, simul & sedare tonitrua cœli,

Dæmones atq; malos arcere, horrendaq;
 noctis

Spectra, atq; in fausta mala grandinis atqve
 pruina.

Quàm facile hi possunt omnes sedare tu-
 multus

Et cœli & terræ, pelagiq;: Ut credere
 Christo

Nil sit opus, veròq; Deo committere
 cuncta.

3. Particula universalis *πᾶσι* h. l. non est
 restringenda ad solos electos, sed omninò uni-
 versaliter explicanda de omnibus & singulis
 nominibus, quotquot in lucem sunt editi, quod
 sic probatum damus: Christus venit illumina-

X3

re

re eos, qui sedent in tenebris & umbra mortis,
& qui veniunt in hunc mundum.

At non solum electi sedebant in tenebris
et umbra mortis: Non solum electi veniunt in
hunc mundum, sed etiam reprobi, imò omnes
& singuli homines. E. Christus venit illumina-
re non solum electos, sed etiam reprobos, imò
omnes & singulos homines, *contra Calvinian-*
rum particularitatem.

4. Quando autem quaeritur de modo, quo
Christus illuminet omnem hominem venien-
tem in hunc mundum, libenter fatemur hoc
non intelligendum esse de gratia communi su-
pernaturali extra verbum DEI, nec de illumina-
tione actuali. (Nam manifestissimū est multos
homines actu nō illuminari) sed *de illuminatione*
intentionali vel voluntate. antecedente omnes illu-
minandi, quam sententiam amplectitur Chryso-
stomus, cujus verba paulo post allegabo.
Chrysoctomum sequuntur non nulli orthodoxi
Theologi, cum primis B. Cramerus in tract.
De Prædestin. cap. 4. p. 95. ita scribens: Dein-
de dicitur Christum illuminare omnem homi-
nem, non autem (quod utrinq; fatemur) actu
omnes illuminantur. Ergo de intentione &
consilio advenūs Christi dicitur, quod vene-
rit & missus sit hac intentione & consilio à pa-
tre

tre ut per eum illuminarentur omnes in universum homines, *contra Cyrillum, Melancthonem, D. Maccovium in Dist. cap. XI. dist. 13. & alios, hæc verba reduplicatim exponentes, quod Christus illuminet omnes qui illuminantur.*

5. Neq; hæc Apostolus loquitur de illuminatione naturali vel naturalibus; sed de illuminatione spirituali, quod ita probamus: Qvalis lux h. l. intelligitur talis quoq; intelligenda est illuminatio. Sed lux hæc intelligitur non naturalis, sed spiritualis, in qua credentes vitam æternam consequi possunt. E. quoq; h. l. illuminatio spiritualis est intelligenda, *contra nonnullos Calvinianos, & cum primis Bezam existimantem b. l. sermonem esse non de illuminatione spirituali, sed de lumine nature vel notitiis naturalibus.*

6. Quamvis autem Christus quoad intentionem, voluntatem antecedentem & meritum sufficientiam illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, tamen hæc illuminatio non fit modo irresistibili, sive nudam mentis cognitionem, sive assensum intellectus nostri respiciamus. Nam scriptura nusquam tradit talem illuminationem, quæ irresistibilis sit, sed potius docet multos Spiritui Sancto, illuminationem intendenti, resistisse ejusq; opera-

perationi obicem posuisse. Vide Gen. VI. 3. Luc. VII. 30. Act. VII. 5. & hæc nota, *contra quorundam Calvinianorum & Pontificiorum irresistibilitatem.* Quibus herbam porrigunt Remonstrantes, qui in Declaratione circa artic. III. & IV. in Actis Synodalibus p. 16. ita scriptitant: *Mentem Deus verbo & Spiritus sui illuminatione de voluntate sua saluifera certiore reddidit, eamq; ut assentiatur verbi veritati facit. Et quoniam homo, possit vel per negligentiam, vel per malitiam voluntatis hanc illuminationem, & revelationem, tunc quum ea primitus vel externè, vel etiam internè menti fit, respuere, contemnere, nec eam alte in animum admittere, unde ignorantia, affectata oritur, fieri tamen non potest, ut si quando veritas clarè & perspicuè à Spiritu sancto menti presentetur, & discussis dubitationum causis mentem Spiritus Sanctus illuminare vult intellectus non assentiatur, aut iudicium suspendat, sed objecto ita proposito & à Sp. Sancto insinuatò determinatur ad assentiendum, nec potest intellectus ex se illi illuminationi resistere, quum ab objecto suo determinetur. Unde fit ut inviti sæpè homines veritati assensum prabeant, quam vellent se non scire aut cuius assensum deponere & exuere mallerent, si possent. Sed quia hunc errorem notavi supra in enucleatione.*

ORA-

Vide Oraculi XII. not. 5. heic nolo τὸ πρᾶχθῆναι πρὸς
 Jev, sed provoco ad

CONSENSUM

VETERUM ECCLESIE DOCTORUM.

Christus illuminat omnem hominem veni-
 entem in hunc mundum, QUANTUM IN IPSO
 EST (τὸς εἰς αὐτὸν ἦεν, quantum ipsi vel offi-
 cio ejus competebar) Si qui autem sponte suâ
 mentis oculis conniventibus ad hujus lucis ra-
 dios aciem dirigere noluerint non ex luminis
 natura in tenebris perstiterunt, sed malitiâ suâ,
 qui sponte tantò se donò indignos reddiderunt.
*Ita Chrysestomus intentionem illuminandi omnes
 gratiosam disertè adserit, hom. VII. in Job. Sol
 justitiæ omnibus ortus est, omnibus venit, om-
 ninus passus est, & omnibus resurrexit. Si
 quis autem non credit in Christum, generali
 beneficio ipse se fraudat, ut si quis clavis fe-
 nestris radios solis excludat, inquit Mediola-
 nensium Episcopus serm. 8. in Ps. 118.*

Sol oculos puros, sanos vegetos & fortes.
 habenti tranquillus: in oculos autem lippos.
 tela aspera jaculatur, intuentem illum vegetat,
 hunc extruciat, *Augustinus.*

Dominus quum sit amans humani generis
 adhortatur omnes ad agnitionem veritatis.
 Audite ergo qui estis longè, audite qui propè.

X 5

Nulla

Nullis celatum est verbum. LUX EST COMMUNIS, OMNIBUS illucescit hominibus. Nullus est in verbo Cimmerius, festinemus ad salutem, ad regenerationem, Ita Clemens Alexandrinus *negotium ad gentes p. 29.*

(Nota: Hoc loco agitur de verbi divini luce & perspicuitate, non de lumine quodam extra aut citra verbum, uti contendunt Remonstrantes.)

Nec lumen deficit propter eos, qui semet ipsos excæcarunt; Sed illo perseverante, quæ est, excæcati per suam culpam in caligine constituentur. Quum apud DEum omnia sint bona, qui ex sua sententia fugiunt DEum, semet ipsos omnibus fraudant bonis. Quemadmodum autem in hoc temporali lumine, qui fugiunt illud, ipsos se tenebris mancipant, ita ut ipsi causa fiant, quod destituantur lumine & inhabitent tenebras, & non lumen est causa huiusmodi conversationis. Sic æternum DEI qui fugiunt lumen, quod continet in se omnia bona ipsi sibi causa sunt ut æternas inhabitent tenebras destituti omnibus bonis sibi metipsis causa huiusmodi habitationis facti, Irenæus l. 4. c. 76. *advers. hæres. Valent. p. 126. & seqq.*

Lux vera ille (Christus) profectò est, & splen-

splendorem suum *ad omnes emittit*. Sed hujus seculi DEUS mentes infidelium hominum obcæcavit, ne illuminatio cognitionis Dei in ipsis fulgeat, *Cyrril. Alex. l. i. in Job. c. XI.*

In his mundi tenebris subinde emicuerunt viri sanctimoniam præcellentes veluti stellulæ indensissima noctium caligine, ac ceu per nebulam lucis non nihil ostenderunt, sed Judæis tantum, aut Judææ finitimis. Verum hæc lux vera (Christus) lucem impertit *non uni tantum nationi, sed omnibus hominibus procedentibus*. Verum ut per Evangelicam fidem *illucesceret cordibus omnium totius orbis nationum*. Non excluditur Scythanon Judæus, non Hispanus, non Gothes, non Britannus, non Reges, non servi. Quantum est in ipsa luce, venit illustrandis OMNIBUS. Quid si qui perseverant, in tenebris suis non lucis est culpa, sed ejus qui perversè tenebras amat, lucem horret. Lucet autem omnibus, ne quis excusationem possit prætexere, quum volens & sciens suò vitio peccet: veluti si quis impingat in meridie quod oculos nolit attollere. *Ita eleganter & rectè hoc sacrum oraculum, enucleat, alias non semper rectus Erasmus, Pontificius, eruditissimus, in Annotat.*

RHY.

RHYTHMI GERMANICI.

Die Sonne alles Heyls der ganzen Welt
 auffgehet/
 Und wirfft die Strahlen weit: doch solches
 nicht verſtehet
 Die mehr als blinde Welt: Drum
 haſſet ſi das Liecht/
 Der wunderſchöne Glanz des Glau-
 bens ihr gebricht.

Ex Joh. X. 3.

Pulso fores fidei digito, Tu, Spiritus alme!
Pande fores, monstra quæso salutis iter!

ORACULUM SACRUM XXXVI

1. Corinth. XII. 3.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

*Καὶ ἕδεις δὲνα Ἱερῆν κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ
 ἐν πνεύματι αἰχῶ.*

Latina Versio Vulgata.

Et nemo potest dicere Dominum
 Jesum, nisi in spiritu sancto.

Versio B. LUTHERI.

Und niemand kan Jesum einen
 Herrn